Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



111) Aribo in vita S. Corbiniani c. 29: Cumque exitus viri Dei adpropinquasset, tempore obitus sui non ignarus, cam. Em. Emberhum in Italiam ad Longobardorum direxit Principem, postulans firmitatem sui proprii conquestus in Magies, quod sancta Maria tradidit, ne exinde auferretur, et ut suum corpus in eodem adsepeliendum ibidem praecipere recipere praecepisset, quod illic Beato Valentino commendavit virus: quia in eodem castro dominabantur tunc in tempore Longobardi. Nempe non solum in Camina et Chorzes, sed etiam Magisbona Ecclesia sua Frisingensi comparavit Corbinianus. Zach. Raitenberger Parochus Seedlingensis in Bavaria, in Tract. MS. Sedes S. Valentini, ait, bona Magis Ecclesia S. Valentini proxima a Grimoaldo Duce coemta atque Frisingensi Ecclesia fuisse donata, una cum Sede nobili antiquissima; qua ex tunc usque modo S. Valtins Güter appellarentur; ibique Corbinianum primam suis manibus vitem plantasse. Hac igitur bona per proprium conquestum intelligit Aribo.

112) Aribo in vita c. 29 et 30.

113) Idem c. 31: Missi vero a Principe Hucberto reversi attulerunt mandatum, ut beatissimi viri corpus Magias adportaretur; sicut ipse vivus disponebat, ut ibidem Ecclesia S. V. Sancti Valentini sepeliretur.

114) Aribo in vita S. Corb. c. 35: Cum autem venissent partibus Vallensium cum sancto corpore ejus; quidam nobilis etc. Loco Vallensium alii codices apud Meichelbeckium habent Vallenensium, quod rectius legendum esset Vallenensium: quorum nomine Vallis Venana superioris accolas seu Oberinnthaler intelligunt Rohrmannus, Juykerus, Reichius. Brixenenses ad Venas habitasse, supra saepius dictum. Quaenam autem Brixinensis plebis civitas tunc tam praeclara tunc fuit, ut nobiles etiam Romanos inter cives suos numeraret? Castrum Brionas Veldidenam fuisse, vidimus supra Addit. 58. Idem hoc adhuc tempore cum jure civitatis superfuisse, existimo. inde enim Erat hospitale VIII et alia loca in superiore Venivalle, Civezola, hodie Civel, Pollinga, Flaurlinga, Ober Oparinhofa, Humissa. Sed hoc Aribonis loco Veldidenam intelligere videbat intelligitur: inde enim duarum nonnisi Venarum viam usque Civezolam, in quam Locum villam ex monte Scarantiensi descenditur, confiere debuit Dominicus; neque enim Civezola ut civitas unquam legitur. Veldidena quoque autem ab isto usque tempore suis civitatis titulo non amplius occurrit.